

2.
(2)
Zweiter prüfer

f

L. N. 3.

Ad

ORATORIO-VALEDICTORIUM
ACTUM,

In quo

QVORUNDAM EUROPÆ
REGIONVM STATUS
MODERNVS,

Eloquentiæ Scholasticæ penicillo,

In Auditorio Lycei Torgensis
majori,

Anno MDCCXVI, die XXXI. Martii
post horam antemeridianam VIII,
quodammodo delineabitur,

Auditores cujusvis ordinis
Honoratissimos,

PATRONOS, FAUTORES & AMICOS,

eo, quo par est, affectu,
invitat:

PETRUS PAULUS FEKNO, Rector Lycei,
cujus supra mentio facta.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHARIÆ HEMPEL.

A Siam, multis Beneficentiæ Divinæ donis, cæteris terræ partibus præstare, nemo Geographorum tam facile negabit; præsertim *Philip. Cluv.* ut taceam *Job. Boterum*, & alios plures, hac in parte, Asiæ dignitatem tuebitur, dicens: *ipsa terra Asia rerum omnium nobilissima est.* Non inepte autem, hoc Asiæ tribuitur elogium: hæc enim terræ pars prima, ut ex sacro codice patet, genus mortalium ratione pollentium, intra se habuit, conspexit & nutrit, in aliasque mundi partes, tandem successivè ad habitandum, emisit: ritus honestos, sacra Deo grata, mores laudabiles, rationemque vivendi homini convenientem, instinctu Divino, id edocens; si tantummodo ejusdem posteris, ab hoc cultu laudabili, non degeneravissent. Ut jam silentibus labiis comprimamus: quod nobilis hæc pars terræ, Deum ipsum in visibili & humana specie, in æternum totius humani generis commodum, gestaverit, si modo is ab omnibus, agnitus & susceptus fuisset. Quod si autem hic, verborum paucos nos præbeamus, multo magis necesse esset: ut aurum hujus terræ optimum, Sericum præstantissimum, gemmas pretiosissimas, uniones nobilissimas ac alias res plures, silentii pallio tegeremus. *Auro* abundat *Karbaya*, æstantibus 48. aureis columnis, in civitate *Cambolu*, ante Regiam magni Chami, si fides, itinerariis orientalibus, habenda de his. *Sericum*, in alias regiones, mittit *Kibaya*, hinc pannus ille ex Serico tenuissimus & simplex, quem non ineptè laminam Sericeam nominaveris, Slavonicâ lingvâ, appellatur *Kibayka*; quamquam nec *Kathaya*, quam *Ptolem.* & alii, Sericam appellant, hoc donum Dei desit, inde apud Latinos Sericum, Gemmis radiantibus & pretiosissimis, quas orientales vocamus, fulget *India*, quod magni *Mogoli* aula testatur. *Margaritas* denique emittit, & iisdem docet superbire fœmellas, *Perfici* sinus insulæ *Ormus* dicta. Quicquid autem horum jam dictorum sit: certè Europa, palmam primatûs, Asiæ non porriget. Hæc enim quarta pars terræ, est nobilissima, præstantissima, æquè ac celebratissima, omnium sane terrarum; quam laudem eidem omnes Geographi, & quidem unanimi consensu, tribuere non ambigunt. Quidam horum, eandem prædicaturus, hoc illi tribuit encomium: Europa, minoris æstimatione non est, quam Asia, Africam vero longe superat. *Vid. Job. Bor. Geogr. part. I. Libr. I. pag. m. 1.* Alius eandem nominat terrarum longè celebratissimam. *Vid. Philip. Cluv. Libr. II. cap. I. pag. 88.* Huic ædantiam præbet hac in parte alius, asserens: Europæ, terrarum longè pulcherrima, & victoris omnium gentium populi alitrix. *Vid. Thom. Lans. Consult. pag. 12.* Ut jam plures, Europæ nostræ Præcones, taceamus, nefas enim est, lucidissimo faces accendere Soli. Sed audiamus ex paucis adhuc, quid & barbari osim, de hac nobili parte terrarum senserint? Horum unum, nempe *Mardonium*, Ducem bellicum, Xerxi bellum contra Græcos invadentem, *Herodotus*, hac in re loquentem hoc modo introducit: ἡ Ευρωπη η̄ ᾱσια κ̄ ᾱφ̄ρῑκ̄η̄ χω̄ρη̄ς ε̄σ̄τῑν ὁμο̄γε̄ᾱ

ἡρῶν ἀπὸ τῆς Ὀρέτης ἡμερῶν, ἀπὸ τῆς ἀπὸ, βασιλείῳ τῶν αὐτῶν ἡμερῶν, ἀπὸ τῆς ἀπὸ, hoc est,
 ut secundum literam vertamus: Europa perpulchra regio, & arbores varis fert
 mansuetas. virtutem summa, Regumq; soli mortalium digna possideri, Vid. Aut. laudatum
 in Polymia, pag. m. 199. Europa, palmam prærogativæ, Asiæ non porri-
 get, diximus, & quidem ut remur, non abs re: nam esto. quod si
 fia, prima omnium terrarum, homines conspexerit, habuerit & susten-
 taverit; tamen eosdem, intra cancellos Legis Divinæ, Honestatis & Modestæ
 deficiat, omnes plane continere, non potuit. Hinc omnes illi populi, qui
 ad hunc usque temporis tractum, in hac fixam sedem habent, quicumq;
 iidem, & cujuscunqve Religionis sint, barbarorum nomine veniant; illi
 è contrario, quos Europa ab eadem accepit, jure, Honestatis & Modestæ
 titulo; partim vero, etiam veræ, & Deo gratissimæ Religionis nomine,
 gloriari possunt. Antequam autem eò perfectionis, quæ in hac mortali-
 tatis valle dari potest, perducti fuerunt, multum profectò negotij, ope-
 rosæ facerentur Europæ, id quod primo *Arbeniensium eruditorum*, & *Romano-
 rum humaniorum*, deinde vero *Constantini Magni & Caroli*, ejusdem cognominis
Imperatorum tempora, satis testantur. Quid præterea Asia, Deum ipsum,
 visibili & humana specie tulerit, non negamus quidem; at quid jubar?
 Deum genuisse, vidisse & portasse, non autem Eundem retinuisse, sed
 potius multis opprobriis affectum, solo suo exterminasse: id quod Asia
 fecisse cognovimus, & quidem ex *Cap. 53. Es.* & ex aliis pluribus, si scri-
 pturæ locis. Europa autem Eundem, mox in Asia exceptum, in suum
 suum deportavit, & suorum incolarum cordibus includit: honorare &
 adorare illum non desinens. Cætera, quæ hic monenda essent, relin-
 quimus Theologis orthodoxis. Abundat tandem *Asia auro & argento*: sed
 nec hic Europam cedere eidem, testantur *auri & argenti fodina Europææ*,
 præsertim vero *Transilvania, Hungaria, Svecia*, Superioris & Inferioris *Saxonie*,
 aliis metallifodinis, silentio involutis. Et quid dicamus, de *Transilvanie
 foveis & rivis*, qui frustra aurea, dimidiæ libræ pondus æquantia, secum
 ferre scribuntur. *Gemma* quidem & *uniones*, Europam originem suam non
 agnoscunt, quod omnibus liquet, quippe quos hæc aliunde habet; sed,
 tam illæ quam hi, ad amissim nostræ fuscæ mentis examinati, sunt meræ
 vanitates, & incitamenta superbiæ, hinc Europa Sancta, iisdem facile ca-
 rere potuisset. Accedit, quod eorum defectum, varia & nobiles Europæ
 invents, & artes præstantissimæ, satis superqve suppleant; utpote *typogræ-
 phia*, nunquam satis deprecanda, & *pyrobolia* admiranda: Principum, tem-
 pore Pacis aureæ, delectamentum, belli vero tempestate, non leve, con-
 tra hostes, adjumentum. Nam etsi quidam statuunt, nimirum quadam
 ex parte *Botermus, Maffei, Jovius, Job. Consalvus, Mendoza*, & forsitan alii: *Chineses &
 Karbaryas*, dictæ bigæ artium inventores esse, agnoscit tamen eadem Euro-
 pam Matrem, Vid. *Christoph. Besold, de Bombard. & typogr. Melch. Adm. in vit. Faust. &
 Gueemb. Nic. Ser. ar. rerum Mog. Libr. i. cap. 36. & seq. Job. Ant. Magin. in Cosmog. de Ger-
 manis*, ut cæteros silenti calamo prætereamus. Sed, quoviam hac de re,
 alio tempore, & quidem in actu oratorio de *typogr. & pulv. pyr.* à nobis fufius
 tractatum est, hanc materiam hac vice, missam faciemus. Quid deniq;
 dicamus, de *psyche nautica*, & de ejusdem præstantissimo usu, cujus invento-
 nem Europa nostra, jure sibi vindicat, & qua, neque Asia neque Africa,
 gloriari potest. *778. Job. Bot.* loco supra allegato, *Pameirol. in nov. reper. tit. 11. Car-
 dan. Libr. 17. de artibus*, aliis suo loco relictis. Quid? ergone artes libera-
 les, tamdiu intra secundum, arcis eujusdam murorum ambitum, cum
Henr. IV. stare & expectare sinamus? donec easdem, ad stabiliendam præ-
 rogativam, Europæ præ Asia, tandem accersamus. Per has certè, tanta
 distantia, Europa nostra nobilissima, superat Asiam, quanta cælum a ter-
 ra remoum est. Etsi enim hæc, primo in *Agypto & Judæa*, inventæ sunt.

fa. 224

tamen postea, in *Graciam*, in *Italianam*, & in alias Europæas regiones aliata, in tantam Excellentiam, Divino Numine adjuvante, evecta fuerant, & in qua adhuc immota stant, iniquanta Asia easdem nunquam conspexit; quod innumeræ ferme testantur Academiae, in Europa florentes, quarum vel Germania sola, ultra triginta numerat. Ut jam nihil dicamus de fortitudine bellica, nobilioribus frugibus agrorum, de dulcioribus fructibus arborum hortensium, & de aliis rebus pluribus, quibus Europam nostram charissimam, Asia omnino præstare cognovimus; quis enim omnia, ad prærogativam Europæ, hæc in parte spectantia, in compendium redigere potest? Verum enim vero, quid juvat Europam nostram, tanta prærogativa de Asia triumphare, cum sæpius trifulco hoc Divini Numinis telo: *Αἰνῶ, λοιμῶ & πηδίσκω*, fame, peste & bello, infestetur & vulneretur, Cum populus Israëliticus, aliquando à Midianitis nimis præmeretur, & angelus Domini, ad Gideonem in area horrei sui triturantem, accedens dixisset: *יהוה עמך גבור הוה*, Dominus tecum, potens virtute, *Cap. VI. Judit.* *עך* tecum, scilicet, non tantum concomitanter, sed etiam effectivè & defensivè; id quod ex radice *עץ*, textit, operuit, &c. utiqve colligendum, respondisse legitur Gideon commemoratus: *יהוה עמך עמך*; *בני ארץ* in me mi Domine, & est Dominus nebisum, & ad quid invenit nos totum hoc? *מנצחתי*, invenit nos, reperit, oppressit, quem admodum rete aucupatorium aves, in area aucupatoria. Hæc verba Gideonis, Europa nostra, hac tempestate mutuo accipere, & non incongruè dicere possent, verborum nostrorum memor: quod si tanta prærogativa, non modo Asiam, sed etiam alias partes terræ superem, & Deus verus, eo, quo par est, ritu, in me colitur, cur tantis subjaceo malis? mox annonæ caritate premor; mox peste vexor; mox deniqve bellis, & in quidem ferme continuis, vehementer perturbor. Ad hanc objectionem Europæ, orthodoxi respondeant Theologi, quia hoc facere, nobis modo non vacat, tantummodo æffeverantibus: Europam omnino his malis, præsertim bellis, sæpe subjectam esse. Non revocabimus nos jam in memoriam, ut rem valde operosam, antiqva bella, quæ Europam crebro, & longa serie, mox ab hac, mox ab illa parte, misere conquassaverant; Quod varii sufficienter testantur Historici, præsertim illi, ut cæteros non commemoramus, qui intra *Seculum VI. & XVI.* post Christum natum vixerunt, scripserunt & floruerunt, quorum numerus rotundus, ad centenarium extenditur. Horum Antesignanus *Jornandes*, natione *Gothus*, ex Gothorum notario, tandem *Episcopus in Italia Ravennensis A. C. 552.*, sub Imperatore *Justiniano magno* clarus; post signanus vero, ut nobis ita scribere liceat, *Davidus Chytraus*, in Ducatu Wirtembergico natus, *Mart. Luth. & Philipp. Melancthr. auditor.* à viris Eruditis, præsertim à beatæ memoriæ Martino Hankio, Præceptore quondam nostro devenerando, suavissimo, ponitur & collocatur. Non commemorabimus, ut repetamus verba nostra, antiqva bella: nam, pro Deum immortalem! quantis belli flammis, in omnibus ferme partibus, nos ipsi Europam nuper flagrasse vidimus. Et eadem hæc belli flammæ, quosdam ex nostro Lyceo abituros juvenes, de quibus Patria bene sperare potest, impulerunt: ut de moderno, quarundam Europæ regionum Statu, pro virili dicerent, dicent itaque:

- I. JOHANNES FRIDERICUS CLEMENT, Grosbothâ Misnicus, de statu moderno Hungariæ.
- II. JOHANNES Gottlieb VATERUS, Torgâ Misnicus, de statu moderno Poloniae.
- III. JOHANNES GEORGIUS Ceutz, Belgrâ Misnicus, de statu moderno Siciliæ.
- IV. CHRISTOPHORUS SAMUEL Sildebrand / Belgrâ Misnicus, de statu moderno Sveciæ.
- V. JOHANNES CHRISTIANUS Partsch / Torgâ Misnicus, de statu moderno Republicæ Venetæ.

Supremus, loco omnium valedicet. DEUS adsit mutationi!

78 M 437




TA → 06

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



I. N. 7.

Ad

ORATORIO-VALEDICTORIUM ACTUM,

In quo

QUORUNDAM EUROPÆ REGIONVM STATUS SERVVS,

plasticæ penicillo,

Lycei Torgensis
tori,

, die XXX Martii
meridianam VIII,
delineabitur,

jusvis ordinis
tissimos,

TORES & AMICOS,

est, affectu,
itat:

NO, Rector Lycei,
ennio facta.



Æ,
ACHARIE HEMPI.

